

1452 Oktober 23, Rom, St. Peter.

Nr. 2889

Nikolaus V. an NvK und Enea Silvio Piccolomini. Er erteilt ihnen die Vollmacht, die Rebellen, die sich gegen Kaiser Friedrich III. auflehnten, von allen Kirchenstrafen freizusprechen und sie wieder in ihre früheren Rechte einzusetzen.

Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 400 f. 143^{ro}.

Druck: Wolkan, Briefwechsel III 1, 109f. Nr. 53.

Erw.: Vansteenberghe 221; Pastor, Geschichte I 831f. Nr. 42; Maschke, NvK und der Deutsche Orden 51 (ND 138); Abert/Deeters, RG VI 132 Nr. 1299; Reinle, Ulrich Riederer 329.

Nicolaus etc. dilecto filio Nicolao, tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali et venerabili fratri Enee, episcopo Senensi, salutem etc.

Cum nos nuper vos ad dietam de proximo in opido Viennensi, Pataviensis diocesis, inter carissimum in Christo filium nostrum Fredericum, Romanorum imperatorem semper augustum, et carissimi in Christo filii nostri Ladislai, Hungarie et Bohemie regis illustris, regnorum et dominiorum principes, 5 barones et subditos pro semovendis dissentionibus inter eos occasione tutele dicti regis ad prefatum imperatorem pertinentis subortis servandam, ut auctoritate nostra pro facienda pace et concordia inter ipsos interponeretis solicitudines vestras, duxerimus destinandos, nos ad hoc, ut commodius pacis et concordie huiusmodi commoda succedant, vobis et cuilibet vestrum quoscunque processus adversus imperatori predicto in huiusmodi gerenda tutela rebelles et inobedientes per nos seu auctoritate nostra 10 habitos tollendi, cassandi et revocandi nec non quovis ex ipsis quibuslibet sententias, censuris et penis propterea seu per processus huiusmodi irretitos ab illis absolvendi illosque honori, statui et iuribus pristinis restituendi, interdictum quoque ecclesiasticum ubilibet fortassis occasione rebellionis huiusmodi positum relaxandi, necon cum quibusvis personis ecclesiasticis, que fortassis censuris et penis huiusmodi irretite divinis se immiscuerint, super irregularitate, quam propterea incurrerunt, tam in ordine quam 15 beneficio et officio dispensandi omnemque inhabilitatis et infamie maculam per eos premissorum occasionem contractam abolendi omniaque alia circa ea opportuna faciendi, prout vobis vel alteri vestrum videbitur, dummodo tum huiusmodi concordie subsequatur effectus, plenam et liberam auctoritate apostolica concedimus tenore presentium facultatem.

Datum Rome apud sanctum Petrum, anno etc. M° cccc^{mo} quinquagesimo secundo, decimo kalendas 20 Novembris, anno vi^o.

De curia
D. de Luca

7 imperatorem: *em.* imperatoris. 17 occasionem: *em.* occasione.